



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola XIII. Cæsar Baronivs Soranus S. R. E. Cardinalis Nicolao Serario
Societat. Iesu Theologo. S. P. D. Admodum Reuerende Pater.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

ne aut de tua voluntate dubitare videar; aut tu aliter atque ego scriberem, interpretari possis. Scis mi *Iuste*, quæ præmia sunt ipsi constituta, qui alios ad pietatem erudiunt. * *Fulgebunt enim ut stella in firmamento*, & si bene contemplabere, non dubito, quin id unum tibi ad æternam nominis tui memoriam conciliandam faciendum existimabis, ut quam maximam Iesu Christo animarum multitudinem lucrere. Valetudinem tuam diligenter cura. Romæ. 4. Non. August. M. DCIII.

EPISTOLA XIII.

CÆSAR BARONIVS SORANUS S. R. E. Cardinalis

NICOLAO SERARIO SOCIETAT. IESU THEOLOGO. S. P. D.

Admodum Reuerende Pater.

DELECTARVNT me mirum in modum litteræ tuæ, quibus significas, *Sancti Camerini* sacras reliquias nuper apud vos post tot annorum interualla inventas, & ad excitandam piorum deuotionem in lucem reuocatas esse. Ego certe pro mea in Sanctorum pignora religione cum præsens nõ possim, quod licet, absens ipsis vota supplex defero,

defero, & ore cordis osculum figo: *sanctum-
que Camerinum*, ut pro me apud diuinam
maiestatem intercedat, etiam atque etiam
oro. Quod ad libellum *D. Ebroicensis* atti-
net, illum accepi; agnoscoque in eo tuam
erga me humanitatem. De rebus *Mogunti-
acis* à te, ut scribis, stylo expressis, plurimum
tibi gratulor. *Iusti Baronii*, nostri confuta-
tionem *Pseudo Iubilai Lutherani*, nondum
vidi, desidero autem quam maximè. Ve-
rum cur suppresso nomine? & quodnam il-
lud quod commemoras, *Romane Inquisti-
onis* præceptum? ego certè non satis quid
eo velis, capio. malletem autem nomen ap-
posuisset. Vale & nos ama. Romæ. Idid. Se-
ptemb. M.DCIII.

EPISTOLA XIV.

ILL^{mo} ET REV^{mo} D. CÆSARI
Baronio Sorano S. R. E. Car-
dinali.

IUSTVS BARONIVS VETERA-
castrensis S.

SVMMO mihi fuerat pretio redimendum
(^a cuius te verbis nunc alloquar, Ill^{me} &
Reu^{me} D^{ne}) ut amplitudo tua dignaretur
accipere, quod amantiſſimis litteris à me si-
bi postulat impertiri. Ecquid illud est? in-
quis.

*a Epist. ad
Marc. Fug-
ger. tom. I.
Ann. præs-
tama.*